TITULUS SEPTIMUS

de los Mayorazgos.

Est hic titulus & utilis, subtilis, & practicabilis materiæ, & continuatur ad præcedentem, ex eo quòd, quia in testamentis majoratus plerunque constituuntur per viam melioratio-nis alicujus descendentis, & itidem in dispositionibus inter vivos, ideò subsequitur titulus hic post præcedentem, eò quòd ille in quem constituitur majoratus quasi melioratus aliis videtur.

SUMMARIUM.

1 *Mayorazgo, quomodò vocetur pluribus nominibus, & num. 2. quomodo sit in dispositionibus intelligenda.*
3 *Dubia secundum communem usum & intelligentiam & regionum statuta declaranda sunt & deducenda ad praxim.*
4 *In dispositione per solam appositionem verbi majoratus producuntur omnes majoriæ effectus.*
5 *Majori filio indivisibilia, imprescriptibilia & inalienabilia bona majoratus deferuntur & potius masculis quam fœminis.*
6 *Majoratus perpetuus est etiam si tantum dicatur, facio majoratum de bonis meis quamvis non habeat nisi unum filium & eum tantum nominat, nisi aliud consuetum sit.*
7 *Anniversarium vinculo majoratus constitutum idem operatur ac si aliter majoratus constitueretur.*
8 *Non est perpetua institutio nisi expresse dicatur vel denotetur verbis disponentis.*
9 *Gravamen filio appositum non durat in filiis filiorum.*
10 *Bona quæ ad truncum debent venire non censentur inalienabilia.*
11 *Majoratus an sint liciti.*
12 *Majoratus & feudi differunt in multis, & ibi quod & à fideicommissis.*
13 *Primogenituræ Hispaniæ multum differunt à primogenituris veteris testamenti.*
14 *Majoratus diffinitio.*

1 IN rubrica ibi *de los Mayorazgos*, Latine † majoria, majoratus, majoricatus, quasi majori filio pertinens, vel quia majorem, & meliorem partem vocatus percipit, & sicut in aliis multis datur prærogativa majori filio, ut licet videre ex tex. *in l.2. tit.15. par.2.* ubi Greg. inquit allegando Præpositum, quod est vulgare Hispanum, in verbo *majoria*, ut novissime, & late per Molinam, *de primog.lib.1. cap.1.* & *in cap.2.* disserit quæ fuerit Hispanorum majoratuum origo, & tetigit Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri.num.* 101.& Ant.Gom. *in l.40.Tau.*& Burg. de Paz junior *in quæstionibus suis, quæst.* 1. Pelaez *de Majoratu,1.par.quæst.1.* Dictioque hæc, majoratus, secundum dictos & maxime Covar. *lib. 3. var. cap. 5. num.* 1. in quibuscumque dispositionibus ita intelligenda est ut secundum eam significationem, † quæ communi usu legibus, & provinciæ constitutionibus recepta sit, ejus sensum interpretemur, in his enim quæ dubia sunt is canon observandus est, ut ea extra communem usum, leges, & regionum statuta ad praxim, & intelligentiam † deducamus, prout pluribus jurisconsultorum authoritatibus probari idem asserit Covar. *d. numero* 1. quibus equidem secundum eum *ibi*, fit, ut si quis aliqua bona proprio testamento, vel donatione in Titium detulerit, ita quod ea habeat & obtineat titulo & jure majoratus, hæc ipsa bona, quamvis alias conditiones institutor hujus primogenii non adjecerit, naturam, proprietatem † & alios effectus habebunt, qui apud Hispanos in ea provincia bona progeniorum & majoratuum ex consuetudine, moribus & constitutionibus habere solent, generaliterque, secundum illam legem *l.2. tit.15. part.2.* majori filio deferentur inalienabilia, indivisibilia ac imprescriptibilia erunt, † masculoque potius, quam fœminæ deferenda, ut expresse tenuerunt in majoratibus nostræ Hispaniæ Paul. Castrensis, *cons.* 164. *lib.* 2. Abbas, & Bologninus, & Covar. & Molina, & alii relati per Burgos de Paz *in quæst.2. numero* 72. & Meneses *in rub. numero* 11. *de fideicommissis*, qui licet alleget Anton. Gom. *in l.40. Tauri. numero* 64. ad contrarium, si bene inspiciatur, non tenet contrarium, sed potius idem, prout tenere voluit *in* 1. *tom. variarum cap.*11. *numero* 15. *in fin.* & Suarez *in l. quoniam in prioribus* 10. *ampliatione num.* 10. *cum sequent. pluribus*, & itidem *ibidem in* 11. *limitatione numero* 17. *in fin. pag.*190. & Oroscius *super ff. veteri, colum.*955. *versi.* 36. quos post hæc reperi relatos per Molinam *libro* 1. *primogeniorum capitulo tertio, numero quinto*, ubi *cum sequentibus numeris* infert plura in propositum. Neque contrarium tenet Suarez *in d.* 11. *limitatione.2. dubio*, quoniam *ibi* non loquitur cum fit mentio verbi majoratus, sed tantum cum dicitur tibi & successoribus tuis, ex hoc enim non constituitur majoria, sed per verbum majoratus constituta censetur, secundum quod dictum est, etiamsi nihil aliud adjiciatur quam verba, facio majoratum de bonis meis, vel de talibus, adeo quod erit perpetuus majoratus, † etiamsi tantum unus ad eum vocetur ut resolvunt prædicti Doct. & maxime Burgos de Paz *in d.q.2. n.*67. *cum pluribus sequentibus* quidquid aliud velit glos. *el mas propinco d.l.2. tit.15.p.2. & in glos. majoria col.2. ad fin.* nisi secundum Burgos. *d q.2.n.*122. & 123. consuetudo civitatis particularis, oppidi, aut provinciæ aliter interpretaretur, nam tunc non erit majoratus perpetuus, sed prout consuetudo se haberet, quoniam licet ex generali consuetudine loquendi horum regnorum prædicta verba intelligantur, & interpretentur ut inducant majoratum perpetuum, tamen consuetudo alicujus loci, potest strictius prædicta verba interpretari, quæ consuetudo particularis loci, vel provinciæ attendenda est, & prævalere debet consuetudini generali totius regni, ut latè per dictum Burgos de Paz *d. quæst. 2.n.*124. *cum sequentibus*, ex Bar. *in l.2. quæst.* 36. *C. quæ sit longa consuetudo*, & Parisius *cons.* 25. *numero* 42. *libro* 4. & ex dictis in contingentia facti consului, in quadam donatione per contractum inter vivos facta uni filio per patrem tertii & quinti bonorum ex causa dotis per viam vinculi, nihil amplius adjiciendo, quod censebatur perpetuum vinculum illud, ut regulariter tanquam bona majoratus, cum idem de consuetudine judicetur in vinculo, quam in majoratu per Covar. *d.c.5.n.6.* & Oroscium *super ff. vet. colum.*955. *versicul.* 36. & Pelaez *de major. in initio. p.*1. *n.*4. & 6. & 7. imo & in anniversario idem extendit † Meneses *ubi sup. n.*8. cum ad majoratus similitudinem constituatur & deducatur. & Pelaez *ubi sup. num.*7. etiamsi modernus Salazar *de usu & consuet. cap. fin.* velit eos, & Molinam reprehendere, cum ipsi loquantur de anniversariis vel patronatu per viam vinculi facto vocando unum consanguineum, & majorem, & in perpetuum & quod inalienabilia sint, sed si mentio verbi majoratus vel vinculi non fieret, etiamsi vocaretur filius major, & in ejus defectum alter filius ejus major nepos institutoris, ita ut bona essent inalienabilia, † non erit perpetua hæc institutio, sed durabit tantum usque ad nepotem vocatum, secundum tex. *in authen. de restitutione fideicommiss. §. nos igitur* ex eo adnotante, Covar. *ubi sup. n.*4. & Ant.Gom. communem dicens *in l.40. Tauri. num.* 64. & Rebuffus *in repetitio. l. unicæ. C. de sent. quæ pro eo quod interest. not. ab.*1. *numero* 40. & sic gravamen † filio appositum, non durat in filiis filiorum secundum glos. *in d. §. nos* & Suarez *in d.l. quoniam in prioribus.2 limitatione, legis regiæ in fin. & in* 11. *limitatione dubio.2.* & secundum Tellum *in l.27. Tauri. numer.*17. & hanc veriorem, & communiorem contra Part. testatur Jas. *in l. Centurio. numer.* 56. & 57. *ff de vulga.* & sic in bonis de trunco, licet ad truncum debeant devenire, † non censentur ex hoc inalienabilia secundum Castel. *in l.6. Taur. verbo o tronco.* Et an † majoratus sunt liciti ultra Soto *de just. & jure. lib.* 4. *quæst* 5. *n.*1. *pag.*286. *colum.*1. *ad finem*, tradit Menes. *in rub. num.* 4. *cum* 3. *sequentibus. C. de fideicommiss.* & novissime Molina *de primogenitis lib.*1. *cap.*1. & Matienço *in l.*1. *glos.*1. *num.*12. *istius tit.* & Majoratus & feudi † differunt in multis secundum Covar. *lib.* 1. *variarum capit.*15. *n.*14. & Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri. numero* 72. *cum pluribus sequentibus*, sicut differunt à fideicommissis ut per Molinam *ubi sup. lib.*1. *cap.*1. Imo & primogenituræ Hispaniæ secundum Burgos *in d. proœmio. num.* 92. & 99. multum differunt à primogenituris † veteris testamenti & de diffinitione verbi majoratus ultra Mol. *d. lib.*1. *cap.*1. *num.*22. tradit Matien. *in d. gl.* 1. *numero* 5. & *lib.* 6. ubi vult diffinire majoratus Hispaniæ, aliter quam majoratus alterius regni, verum enim vero quia de se satis patet diffinitio, nihil est in hoc immorandum, ut deveniamus ad textualia.

IN LEGEM PRIMAM,

quæ erat 41. Tauri.

Qualiter & quibus testibus, & probationibus aliis majoratus probari possit declarat lex nostra.

SUMMARIUM.

1 *Probatio majoriæ per scripturam melior est omnibus aliis probationibus, & ibi remissive, igitur probationum species*
2 *Licentiam Regiam præcedere debet vel sequi approbatio regia majoratus constituti ultra, contrà vel præter legis dispositionem & promissionem ut sicontra l.27. Tauri tenorem fiat.*
3 *Licentiam in dubio præsumendum est præcessisse ad majoratus institutionem.*
4 *Actus ille præcedere censetur qui ad validitatem actorum necessarium est quod præcedat.*
5 *Licentiam concedi per verbum fiat, an sufficiat.*
6 *Testibus quibus & quomodò probetur scriptura majoratus.*
7 *Scriptura necessario requiritur ad majoratus constitutionem ex licentia regia constituti, secus vero aliàs ut num.*11. *&* num.38. *&* 39. *declaratur & ubi quid in gratiâ Papæ.*
8 *Scriptura perdita quinque testibus est probanda, & ibi quod sint periti vel boni intellectus & quod probentur per alios de peritiâ eorum, & cum aliis requisitis, ut ibi & num.*9. *an duo testes sufficient etiam in probatione testamenti perditi & ibi concordia authorit.*
10 *Duo testes sufficiunt pro probando temporali contractu perdito, secus, si pro perpetuo.*
11 *Regia licentia scripturam requirit sicut gratia Papæ.*
12 *Conclusio requisitorum ad probandum majoratus scripturam perditam.*
13 *Notarius testimonia præbentibus se vidisse tales scripturas non præsunt cum testes non adducuntur tunc.*
14 *Consuetudine an una familia inducere possit quod inter eos ad hæc familia jure majoratus succedatur.*
15 *Regnum Hispaniæ cum de consuetudine majo-*

ri deferatur , non poteſt rex filium ſuum etiam cum cauſa regno privare. Vide ibi.

16 *Propter ingratitudinem poteſt ſucceſſor vocatus majoratu privari.*

17 *Succeditur in regno jure hæreditario licet jure primogenituræ , ubi hac de cauſa tenetur ſucceſſor probare contractus prædeceſſoris.*

18 *Poſſeſſor majoratus an cum bona conſcientia poſſit bona illius retinere fundans ſe in præſcriptione.*

19 *Actus unicus an ſufficiet in probanda hac immemoriali conſuetudine.*

20 *Actus unicus per legitimum tempus habitus conſuetudinem inducit.*

21 *Declaratio doctrinæ communis aſſerentis ad conſuetudinem inducendam duos actus requiri.*

22 *Modus probandi conſuetudinem immemorialem.*

23 *Præſcriptionum immemorialis & centenariæ an an ſit aliqua differentia , & ibi an in centenaria lex noſtra locum habeat , & an ſufficiat in noſtra materia quadragenaria cum titulo invalido , & quid ſi conſtet de mala fide an immemorialis deficiet.*

24 *Conſuetudo etiam privilegiorum interpretativa eſt decennii lapſum tunc introducit.*

25 *Majoratus an probetur per confeſſionem poſſidentis.*

26 *Bona fama teſtium probanda eſt ubi lex teſtes bonæ famæ requirit.*

27 *In probanda conſuetudine & præſcriptione in aliis quam majoratus & juriſdictionis cauſis , an ſit neceſſe probare auditum anditus.*

IBi , *Provar por la Scriptura* , quæ melior eſt omnibus aliis probationibus in probatione
1 majoratus † maxime ſi eſt antiqua , *de qua in ff. C. & Decretalibus de fide inſtrumentorum* , & duodecim probationum ſpecies refert Speculat. *rubri. de probat. § fin.* ubi Joan. And. tradit quoſdam verſus ſic dicentes.

Aſpectus , ſculptum , teſtis , notoria ſcriptum,
Jurans , confeſſus , præſumptio fama probatur.

Et viginti probationum ſpecies retulit Rebuffus *in concord. regni Francie titulo de regia ad pralat. nomi. fa. § fin. in gl. ſpecie probationis pa.* 158. *cum ſeq. in medio* ex impreſſione quas hic ſi mei eſſet inſtituti poſſem tacito authore tranſcribere , veruntamen quia meum non eſt hoc, ſolum allegatione contentus ero , alii faciant quod voluerint.

Ibi, *La licencia del Rey*, hæc enim prius præcedere debet majoratus inſtitutionem , vel regia confirmatio debet poſt ſequi ad majoratus vali-
2 ditatem , † ſive majoratus quoad principalem diſpoſitionem licentiam requirat, ut ſi de legitima factus ſit , ſive non requirat quoad principalem diſpoſitionem, *de quo & in l. 3. inf. cod. numero 5. cum ſequent. aliquibus* , ſed quoad validitatem aliquarum vocationum , & conditionum , ut ſi de tertio bonorum factus ſit non ſervata forma & ordine l. 27. *Tau* vel alia, ad validitatem namque harum vocationum, vel conditionum contra illius l. 27. diſpoſitionem impoſitarum neceſſe eſt quod licentia præcedat, ex dictis per Anto. Gom. *l. 42. de Toro* & Pela. *de majorat. 4. p. 2. q. n. 2. & 10.* vel requiritur quod confirmatio ſubſequatur , eadem namque ratio eſt de toto , quoad totum , vel de parte quoad partem. *l. quæ de tota. ff. de rei vend.* not. Molin. in propoſitum noſtrum *lib. 2. primog. c. 7. n. 50.* contra Greg. *ibi* allegatum, ubi *n. 51.* inquit quod ſi licentia & majoratus inſtitutio eodem die facta appareat in dubio præſumendum eſt licentiam † præceſſiſſe , quando enim duo 3
actus eodem die facti ſunt, ita ut non conſtet quis eorum præceſſerit, is præcedere neceſſario cenſendus eſt qui ad ipſorum actuum validitatem præcedere debuiſſet. † *l. cum in teſtamento. § hæc verba, & ibi omnes. ff. de hared. inſt.* pro validitate enim 4
actus & contractus ſemper eſt præſumendum, ut per Alciatum & alios *ibidem* per Molin. relatos *d. n. 51.* ubi *n. 52. cum ſequen.* tractat an ſufficiat licentiam concedi † per verbum fiat.

Ibi, *Que aya ſe* , quæ debent continere inſtru- 5
menta ut fidem faciant, latè diximus *in l. 11. tit. 25. lib. 4. ſup.*

Ibi , *En la forma que el derecho quiere* , puta quod per quinque teſtes ad minus probetur de te- 6
nore † ſcripturæ majoratus , & qualiter , & quomodo conſcripta ſit, aſſerendo eam rem geſtam fuiſſe tali modo , & forma , & ordine , & non eſſe ſcripturam cancellatam , neque vicioſam in partibus ſubſtantialibus, prout optimè hic advertit Caſtillo *in glo. del tenor* & ſecundum Rebuf. *in concord. regni Fran. in rubr. de mand. appoſ. §. 1. gloſſ. literas, limitatione 2. pag.* 125. & deducitur *ex l. 28. titul. 16. part. 3.* & dixi quinque teſtes eſſe neceſſarios , quia cum ad majoratus conſtitutionem ex regia licentia conſtituti † 7
de neceſſitate ſcriptura requiratur ſecundum Molin. *de primogeniis lib. 2. c. 8. numero 7. & ſequent.* & Matien. *hic gloſſ 1. & 2.* & Burgos Junior *in d. q. 4. num. 5.* ea ſcriptura perdita , omnino quinque teſtibus ejus tenor , & regiæ licentiæ virtute † cujus fuit conſtituta probandus eſt. 8
Imo & debent eſſe periti , vel boni intellectus teſtes ii , & per alios teſtes debet probari de peritia eorum ſecundum Pelaez, 4. *p. de Majorat. q 10. n. 27.* & quod non dolo aut fraude fuit perdita per Burgos *ubi ſup. numero 26. cum ſequen.* ubi deſcribit alia requiſita , nam de jure eſt, quod ubi de eſſentia requiritur ſcriptura , ſi perdita eſt, poteſt optime teſtibus probari tenor ejus , ſecundum Bart. *in l. teſtium. col. 1. verſi. ultimo tene. C. de teſtibus* , communiter ſecutum à Doct. *in auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo.* Alvarus Valaſcus *de jure emphyt. p. 1. q. 7. numero* 38. & refert Burgos *d. q. 4. num. 26.* tamen ii teſtes debent eſſe quinque & rogati *ex d. l. teſtium. C. de teſtibus , & in authen. rogati. C. eod.* per quæ ita tenet Salicetus dicens notabilem in practica *in l. 2. C. de jure emphyt. col. 11.* & Jaſ. & relati per Burgos *ubi ſup. num. 29.* Jaſ. tamen per eum allegarus non tenet hoc , quia refert ſe Jaſ. *ibi* ad dict. l. 2. *num.* 134. & ſic etiam ubi requiritur ſcriptura duos tantum ſufficere in probando tenorem ſcripturæ † perditæ dixit 9
Bald. *in d. l. teſtium col. 2.* ubi fortius loquitur ſcilicet in teſtamento perdito, quod quidem per duos teſtes probari poteſt , probando per eos amiſſionem , & tenorem ejus , & Bald. ſequuntur plures relati per Hippolitum *in ſing. 156. nemo prudens eſt* , Ciſuentes *in l. 39 Tauri* & Rebuffus *ubi ſup.* id eſſe regulare dicit in ſcriptura perdita , ex tex. quem notab. dicit *in cap. ſicut ubi plene.* Felinus *col. 1. cum ſequentibus de re jud.* & Afflictis *deciſ. 274. numero 2. & 302. num. 3. & 5.* & idem tenet quod duo teſtes ſufficiant Abbas. *in c. cum olim el. 1. numero 8 extra de privilegiis* qui melius quam alius quem

quem viderim in hoc loquitur puncto , & tenet Hippolitus *in rub. de probat. numero 334. cum ſequen.* & Mari. Soci. *in d. c. cum olim. num. 23. cum ſequen.* & hoc idem tenuit & voluit Caſtillo *in præſemi verbo , del tenor* ubi ſe retulit ad dicta in gloſ. 1. in qua duos vel tres teſtes requiſivit, & tetigit Pelaez *de majorat. 4. part. quæſt. 20. num. 25.* ubi à *num. 23* proſequitur iſta requiſita ad probandum majoratum perditum , & ſic res eſt dubia , an duo , vel quinque teſtes ſint neceſſarii. Ego tamen concordiam inter hæc aſſignarem , ſcilicet , quod ſi duo hi teſtes ſint de his qui teſtamenti , vel ſcripturæ majoratus confectioni fuerunt præſentes , ut teſtes inſtrumentales tunc tanquam magis peritis in tenore inſtrumenti , vel teſtamenti , crederem fidem adhibendam, probatâ amiſſione ſine fraude & dolo , & docto per eos de tenore, & quod non erat vitioſa neque cancellata in partibus ſubſtantialibus, ſi vero non ſint teſtes inſtrumentales, tunc procedat opinio de quinque teſtibus requirendis, & hanc differentiam voluit Felinus *in d. cap. ſicut. n. 3.* & id voluit Bal. ſi bene inſpiciatur *in d. l. teſtam. n. 3.* dum *ibi* dicit quod ſi duo teſtes ſuperſtites ſint, & ſic de inſtrumentalibus clare voluit intelligere, & ita eum allegat Hippolytus *in rub. de probat. n. 334. cogita.* habemus tamé
10 notare quod ubi agitur de probando contractu temporali, † ut de mutuo, ſufficit duos teſtes dicere quod viderunt ſcribi inſtrumentum mutui, licet non deponande tenore ejus , quod ſecus ſi de probando contractu perpetuo ageretur ſecundum Aven. *c. 30. præterum. num. 5. verſi. & inuſta. lib. 2.* & ſic debent intelligi dicta per Gomez Arias *hic*, quem legi *ſub l. 39. Tauri col. 2. in fin. cum ſequentibus.* Item notabis quod licet in majoratu facto cum regia licentia ſcriptura requiratur , quia regia licen-
11 tia ſcripturam requirit ſicut gratiarū † Papæ ſecundum Molin. *d. cap 8. n. 7.* Rebuffum , *ubi ſup. verſi. ſi fiat majoratus in teſtamento ſcriptura requiritur* , tamen extra iſtos caſus ſine ſcriptura poteſt confici majoratus ſecundum Molinam. *d. c. 8. num. 2. cum ſequentibus , & ex l. noſtra* , ſi benè inſpiciatur, ſic colligitur, ex quibus recolligen-
12 do † ſupradicta dico , quod teſtibus probari poteſt majoratus , & amiſſo ejuſdem majoratus inſtrumento & ſcriptura , duobus teſtibus peritis , & diſcretis , eorum qui confectioni illius interfuerunt , deponentibus de tenore inſtrumenti, & de natura illius , & ſolemnitatibus in eo requiſitis , puta ſi requiretur Regis , aut alterius licentia , aut conſenſus , de his debeant deponere, & quot teſtes interfuerint, ſecundum dictos Doct. maximè Abbat. *ubi ſup.* & Hippolyt. *in d. rub. de probatio. num. 341.* & ſic merito quod teſtes ii debeant eſſe periti , & advocatus articulos faciens , ſit etiam cautus , & advertens ad hæc omnia , item etiam & de die in quo fuit confectum, ſi faciliter de die recordari poſſint, vel ſit de ſubſtantia negotii , non verò aliàs , item quod inſtrumentum illud eſt amiſſum caſu tali & quod non dolo neque fraude , poteſt tamen hæc amiſſio per alios teſtes quam deponentes de tenore ejus probari , ex dictis per Molinam *lib. 2. cap. 6. num. 34. primogeni.* & tenet expreſſe Ange. *in dict. l. teſtium* , relatus per Alexan. *l. 2. C. de bonorum, poſſeſ. ſecundum Tabul. num.* 8. item debet probari peritia , vel bonus intellectus dictorum teſtium deponentium de tenore, ut inquit optimè Pelaez. *d. num. 27.* & hoc eſt in ſumma , id quod requiritur ad probandum majoratum per teſtes , ſecundum ſecundam formam probandi illum , à noſtro tex. deſignatam , & hoc eſt quod ſignificant verba hæc noſtri tex. *En la forma que el derecho requiere.* Sed ſi teſtes ii non eſſent de illis qui confectioni ſcripturæ fuerunt præſentes , tunc major numerus , quam duorum, & ſic quinque requirentur, quoniam ii non ita percipere potuerunt conſtitutionem majoratus, ſicut præſentes, & debent eſſe diſcreti , & periti , & tales qui intelligere præſumantur id quod dicunt, inquit tamé optime Feli. *in d. c. ſicut. n. 7. declarat. 4* quod ſi ſcripturam majoratus conſtat fuiſſe ſubtractam, ab adverſario, tunc non eſt neceſſe quod teſtes dicant de tenore ſcripturæ & juſte, quia dolus nemini debet patrocinari. Item in actu temporali non requiritur depoſitio tenoris inſtrumenti ſecundum Aven. *ubi ſup.* quod intelligerem, in cauſis modici valoris , ſecus ſi eſſent magni valoris , nam tunc & alia adminicula requirerem , inquit tamen Turza. *in lib. communium. opin. c 58. tenor inſtrumenti*, quod ſi notarii aliqui atteſtarentur per ſubſcriptiones ſuas † & teſtimonia in publicam formam 13
redacta , qualiter ipſi viderunt tale inſtrumentum, eis ζ licet quantumvis periti eſſent) non eſſet credendum , eo quod non ſunt examinati ut teſtes, neque poterunt teſtimonium præbere de his quæ coram eis non fuerunt facta neque per partes conſtituta, ut per omnes maxime Jaſ. *in authen. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo* , tamen fides & teſtimonia dictorum notariorum facient ſemiplenam probationem , ſaltim ut juramentum ſuppletorium deferatur , ex Bald. *in rub. C. de fide inſtrumentorum col. 2. verſi. Sed dubitatur* , quod tamen mihi nullo modo applaudet, cum ſit communis opinio nullam fidem facere dicta teſtimonia dictorum notariorum , ſecundum Socin. Junio. *conſil. 57. num. 4. lib. 1.* & Afflictis *deciſ. 273. in fin.* Rolan. Val. *conſil. 15. numero 21. vol. 1.* & communem etiam teſtatur Fertetus relatus & ſecutus per Franc. Becium *conſil. 5. n. 5.* contra Specul. per eos relatum , qui quidem Speculator ſecundum Afflictis *ubi ſup.* nihil in contrarium dicit, & ſic dicta opinio Bal. ſecuta per Turcar. *ubi ſup.* mihi non placet , præſertim ſi eſt ſuper re gravi , aut intereſſe pecuniario alicujus momenti, adjuvarent tamen talia teſtimonia cum aliis probationibus per dicta, ſecundum glo. *fratrum. cap. cum olim. 1. extra de privilegiis & ibi* Abbas, *n. 6.* & mitor de Covar. *in prac. cap. 21. n. 2. in fi.* contra communem loquentem:

Ibi , *Por coſtumbre immemorial*, ex his verbis, & ex diſpoſitione hujus noſtræ legis deducitur clariſſime eſſe erroneam opinionem dicentium poſſe
14 unam familiam, † conſuetudine introducere quod inter ſe jure primogenituræ ſuccedatur, nam cum majoratus *ex l. noſtra* non poſſit probari , niſi uno de tribus modis ab ea deſcriptis , ſcilicet. per ſcripturam majoratus , vel ſi ea eſt deperdita , per teſtes de tenore ejus deponentes ut *in gloſſ. precedenti* diximus , vel per conſuetudinem , ſive præſcriptionem , immemorialem , merito dicendum eſt eſſe erroneam ſupra dictam opinionem niſi talis conſuetudo talis familiæ ſit immemorialis , ut in effectu concludit Molin. *lib. 2. c. 6. numero 6. 7. & 8.* quia *numero* 1. refert opiniones circa hæc exiſtentes , & tandem circa

hæc concludit quod nullo modo possit per aliquam familiam introduci talis consuetudo, etiam si tertiam partem populis talis familia constituat, & jurisdictionem habeat, & hanc communem & tenendam vocat Crassus *lib sententiarum. §. successio ab intestato. q.* 16. nisi immemorialis probetur, & tunc non est necesse quod familia talis constituat tertiam partem vel majorem neque quod habeat jurisdictionem, sed sufficit probari, immemorialem esse succedendi in illa domo jure majoratus secundum. l. nostram qua attenta jure optimo Molineus opinionem contrarium asserentem reprobat & Pelaez *de majoratibus. 4 p.q.20. num.1.* etiam si contrariam opinionem è nostris cum Rode. Sua. teneat Orof. *in l. omnes populi fol. 56. col. 2. per totam. ff. de just. & jur.* & Ant. Gom. *tom. 1. c. 11. n. 25. in fin. & glo. camara. l. 6. in fin. tit. 26. p. 4. & in l. 9. tit. 7. par 2. glo. 2.* ex quo *ibi* infert quod cum in Hispania per consuetudinem majori regnum deferatur, non potest rex † filium suum etiam cum causa regno exhæredare, quia non ab eo sed ab antecessoribus suis habet, id tamen non affirmat d. glo. 2. esse verum, cum adesset causa, nam tunc dicit quod exhæredationi regni esset locus pro quo videtur tex. *in l. 1. ad fi. tit. 15. p. 2.* ubi *glo. 2.* inquit quod ex una ex tribus causis ibidem expressis per eam, admittetur talis exhæredatio per partem regem facta & facit tex. *in cap. licet de voto*, tradit Tiraquel. *de primogen. quæst. 35. n.* 14. imo & tunc authoritas Papæ requiritur prout *in cap. grandi de supplen. negligentia prælatorum* probari videtur, & tradit Covar. *in c. si heredes in fin. de testamentis*, pro quo communis illa asserta per Meneses *in l. unum ex familia. §. si de Falcidia num. 16. ff. de lega. 2.* quod in quolibet majoratu hoc est, ut propter ingratitudinem possit successor † vocatus eo privari, licet non affirmo obtineri posse in practica, quod si in majoratu est communis à fortiori in regno quo succeditur jure hæreditario & tanquam hæres † licèt jure primogenituræ secundum Suarez *allega. 10. pag. 3. in princ. & est optima. l. 9. tit. 1. p. 2.* Avend. *in legibus Hispaniæ* sic dicens. *cap. 4. per totum numero 1. in princip. lib. 1.* ubi & aliam legem regni ad hoc allegat, & hac de causa tenetur successor in regno servare contractus per prædecessorem factos ut per Suarez *ubi sup. pag. 2. ad fi.* communem dicentem & Menes. *ubi sup. num. 7. ad fin.* & Boe. *decis. 204. num. 42.* & *alibi* plures, quidquid aliud velit glo. *deudas. l. 4. tit. 15. p. 2.* cum ergo jure hæreditario regnum deferatur, nimirum si successor privari, & exhæredari eo possit cum causa, nam sine ea, nullo modo secundum Montal. *in l. 1. glo. 2. col. 6. in prin. versi. item filius tit. 3. lib. 1. fori.* Cum ergo ut ad propositum deveniamus, requiratur immemorialis consuetudo sive præscriptio, cessat jam altercatio dicta an per familiam possit introduci, ut bona sint majoratus, & per consequens cessabit illud quod quærit Joan. Licirier *de primogen. q. 15.* & Palacios Rub. *hic* quos allegat additio Rode. Sua. *d. amplia. 10. num. 10. in d. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam.* scilicet, an cum bona conscientia possit possessor fundans se in præscriptione, retinere bona majoratus † nam si est immemorialis, neque constat de vitioso ingressu, neque in possessore datur mala fides, & scrupulus poterit ex retinere, quandoquidem *ex l. nostra* idem permittitur, quæ tamen cum sint Theologorum ipsos consules, si ampliorem satisfactionem voueris habere, & an hæc nostri tex. consuetudo possit dici consuetudo, vel præscriptio disputat Molf. *de primogen. d. lib. 2. c. 6. n. 9. cum sequent. & n. 36.* ubi plus præscriptioni quam consuetudini esse applicandum dicit, & bene meo videri verum tamen, quia sive sit consuetudo, sive præscriptio requiritur immemorialis, nihil in hoc est insistendum. Sed an in probanda hac consuetudine immemoriali unicus actus successionis sufficiet, † & dicendum est quod sic, quandoquidem actus ille habet tractum successivum & continuationem, prout in nostris terminis dixit Orof. *in l. de quibus col. 179. n. 46. & 47. ff. de ll.* & Pala. Rub. *in repe. c. §. 18. incipit ex quibus n. 30. fol. 68. in magnis*, & Moli. *ubi sup. d. c. 6. n. 24. cum 3. sequent.* ubi *n. 27.* etiam inquit non requiri actus esse judiciales, & pro dictis facit, nam per legitimum tempus unicus actus successivus consuetudinem † inducit tex. *optimus in c. cum de beneficio de præbendis in 6.* quem ad hoc singularem dicit Abb. *in c. si. num. 17. de consuetud.* & Felin. *in c. Petrus col. 2. de homicidio* Roma. *consil. 368. col. 2.* Ant. & Card. *in d. c. si.* ubi late Rochus. *n. 28. fol. 9. in parvis* ubi hanc opinionem defendit contra Imolam, *ibi col. 5.* Ex quibus datur declaratio ad doctrinam Bart. communem *in l. de quibus. ff de leg.* asserentis ad consuetudinem inducendam † duos actus requiri de qua *ibi* per Jas. *n. 51.* & Imol. *in d. c. si.* hanc doctrinam communem asserentem & probatur *ex l. 5. tit. 2. p. 1.* limitatur enim *ex dictis* ut non procedat quotiescunque adesset unicus actus habens tractum successivum & continuum, quia tunc unico actu illo per lapsum legitimi temporis ad talis consuetudinis introductionem necessarii, inducta censetur consuetudo per tex. *d. c. cum de beneficio.* quem ad hoc commendat Ravena *de consuetudine, folio 133. colum. 4. numero 6.* & Cardi *consil. 62.* & Ancharran *consilio. 162.* Felinus *in cap. in nostro Corollario. 40. de rescriptis*, & Alex. *consi. 70 lib. 3.* & quamvis consuetudo per decem annorum transcursum introducatur secundum Doct. *d. l. de quibus & l. 5. tit. 2. p. 1.* tamen in terminis nostræ legis immemoriale tempus requiritur prout in specie notat Aven. *in dictionario. verbo. costombre, col. 4.*

Ibi, *Probada con las calidades*, ut tamen possit induci talis consuetudo, & præscriptio immemorialis requiritur quod adsit aliquis contra quem introducatur, ut optime advertit Suarez *in l. quoniam. 11. limitatione. l. regia pag. 190. col. 1. versi. unum perpetuo*, & notat post eum, Moli. *de primoge. lib. 2. cap. 6. num. 22.* & quis modus probandi † immemorialem ante legem nostram servaretur disputabat Suarez *ubi sup.* & Covar. *in cap. posses. 2. p. §. 3. n. 7.* & Pelaez *de majorat. 4. p. q. 20. n. 29.* ubi *cum sequent.* legis nostræ materiam quoad hanc immemorialem prosequitur, & Molina. *d. cap. 6. per totum*, ubi *n. 38.* sermone Hispano describit modum articulandi talem immemorialem in propositum nostræ l. qui quidem modus, & in aliis etiam negotiis & causis erit optimum servare, licet non omnes qualitates nostræ l. erit necesse articulare, non enim erit necessarium in aliis negotiis quam majoratus articulare, & probare bonam famam testium ex Avenda. *cap. 6. præterum. num. 7. in l. 1.* licet erit bonum & salubre

bre ad evitandas opiniones, cum ex Rebuf. *tract. de decimis. q. 18. n. 94 cum 3. sequentibus* deducatur id esse necessarium, ideo articulabis, & probabis bonam testium famam item & auditum auditus au requiritur articulari in immemoriali probanda in aliis quam majoratus causis infra dicemus *in gloss. y oyeron*, Ulterius notandum quod licet aliqui affirment nullam esse differentiam inter præscriptionem immemo-
23 rialem, † & centenariam, maxime tamen inter se differunt secundum Oroscium *in l. imperium. num. 15. col. 542. ff. de jurisdictione omnium judicum*, ubi pro hoc tex. nostrum allegat differentiasque ibidem annectit & Covar. *in dict. cap. posses. §. 3. 2. part. numero 5. versi. supereste modo. cum aliquibus sequentibus*, & sic in centenaria legem nostram non habere locum inquit Pelaez. *d. quæst. 20. nume.* & Molina. *d. cap. 6. numer. 43. cum sequentibus*, ubi *num. 51.* tractat an cum titulo invalido sufficiat quadraginta annorum præscriptio ad inducendum majoratum, & *ibi cum sequentibus* inquit quod sic & Pelaez *ubi supra. nunter. fin.* ubi jura ad hoc allegat & decretum concilii Triden. & quid si initium vitiosum sit vel constet de contraria hominum memoria, ita ut constet omnes possessores cum mala fide possediss e, an deficiat immemorialis hujus authoritas latissime discutit Molina *dict. cap. fin. num. 6. cum sequentibus*, qui *num. 57. & tribus sequentibus* inquit quod si inveniatur scriptura, qua ejusdem institutor clare majoratum non instituat, sed in ea inveniantur aliqua verba, quæ quodammodo majoratus institutionem non tam præcise inducere videantur, dispositioque ipsa dubia sit, atque interpretationem requirat, si simul cum hac scriptura interveniat consuetudo succedendi in eisdem bonis, jure majoratus, saltem per decennium ex hac sola decennii consuetudine inducetur scripturæ ejusdem interpretatio, ut in bonis in ea contentis jure primogenituræ perpetuo succedendum sit, consuetudo namque non solum legum sed & scripturarum, & privile-
24 giorum † interpretativa est, quæ ex decennii lapsu interpretantur, atque declarantur *ex cap. cum dilectus de consuet.* & communem testatur Moli. *ubi sup. num. 58.*

Ibi, *Los passados aver tenido y poseydo*, & sic testis ad probandam immemorialem nostri tex. debet specificare personas, & actus succedendi, neque sufficiet deponere ita esse consuetudinem secundum tex. *hic, in his verbis*, quem ad hoc allegat Avendanus *in dictionario, verbo costumbre. 4 conclu.*
25 *versi. item aliud*, & an per confessionem † possidentis bona probetur esse majoratum vide Burgos de Paz *consi 9. n. 1.* ubi tenet quod sic, ego tamen & alia adminicula requirerem, cum tertio ex hoc præjudicium fiat.

Ibi, *Los testigos*, ex his verbis videtur duos tantum sufficere testes, pluralis enim locutio duorum numero contenta est, si integræ famæ & opinionis sint, prout text. *hic*, eos requirit, quamvis Avend. *in dictionario verbo, costombre. 4 conclu. versi. item aliud elegantissimam*, velit ex tex. nostro colligere tres testes esse necessarios, quod verum crederem si non essent ita bonæ opinionis & famæ, quasi numerus trium, & sic plusquam duorum suppleat minutionem illam integræ opinionis, tu tamen si potueris semper in similibus causis ad evitandos opinionum conflictus, omnes quos poteris, testes præsentabis.

Ibi, *De buena fama*, quæ quidem in materia nostri tex. probanda est, nam licet aliàs quilibet bonus præsumatur, tamen ubi lex bonam te-
26 stis requirit probanda est † ut in terminis tenet Aven. *d. 4. conclu. in fin.* & iterum *in cap. 6. num. 7. lib. 1.* & Molin. *d. cap. 6. num. 29. & 30.* & Pelaez. *d. quæst. 20. num. 1.* & facjunt dicta per nos *in l. 6 titul. 9. lib. 3. sup. n. 14. cum sequentibus.*

Ibi, *Y oyeron*, in probanda immemoriali consuetudine aut præscriptione in aliis causis & negotiis quam in l. nostra deductis non esse necessarium testes † dicere se ab ancianis & majoribus
27 audivisse & illos suos majores ab aliis suis majoribus audivisse asserit Burgos de Paz *consil. 16. numer. 15.* ubi ex Covar. *cap. posses. 3. part. 2. par. numer. 7. in prin. & in versi. testes in fi.* sic communiter in praxi observatur *& in num. 16.* ipse Burgos de Paz respondet nostræ legi, & alteri quæ de jurisdictione loquitur, ut in probanda jurisdictione & majoratu sit hoc speciale, ut de auditu auditus, dicendum sit, quia sic exprimitur, & requiritur, secus vero in aliis causis. Tu vero cum immemorialem articulaveris, in quacumque causa etiam de iis auditu auditus articulabis, vidi enim jam propter hoc dubitari in facto an valeret in quadam causa terminorum cujusdam dissensæ, & quamvis *in cap. 33. curiarum de Madrid. anni* 1573. fuit petitum ut de secundo auditu testes non interrogarentur, non fuit concessum.

Ibi, *Nunca vieron ni oyeron decir lo contrario*, verba hæc non ita exacte, & stricte in testibus requiruntur, quod nunquam audiverint contrarium dici, sed sufficit quod ad certum terminum restringantur testes puta ad centum annos, ut advertit hic Molina. *d. cap. 6. num 61. ad fin. & n. 63.* sicut enim homo post centum annos mortuus præsumitur, ita etiam memoria, quæ est in homine, quæ sicut homo oritur, & moritur secundum Bald. *in l. 1. num. 9. C. de emancip. lib.* ne impossibilis efficiatur probatio, non enim possemus dare bona aliqua quæ tam antiquo tempore jure primogenii, possessa fuerint, quæ non constet aliquo tempore fuisse, tanquam bona libera habita, atque possessa, & nihilominus possibile est, quod ex post facto vinculata fuerint, & majoratui subjecta, de cujus rei principio nemo recordatur, prout immemorialis præscriptio præsupponit, ideoque nè impossibilis efficiatur probatio immemorialis hujus, necessarium fuit ad dictum tempus centum annorum hoc restringere, ut optime advertit Moli. *d. n. 61.*

Ibi, *Publica voz y fama*, quæ qualiter probetur fuit doctrina Bart. *in l. 1. §. tormentorum. ff. de quæstio.* de qua per Jul. Clar. *in practica crim. §. fin. quæst. numer.* etiam sufficere dicere testes se publice audivisse, vide Moli. *d. cap. 6. num. 36. cum sequentibus.*

Ibi, *Comun opinion*, qualiter testes debeant deponere ad probandam communem opinionem vide Bald. *in l. testium num. fi. C. de testibus* & quæ dicatur communis opin. vide per Tiraquellum *in l. connubi. glos. 8. num. 160. cum sequentibus*, & hoc pro textualium declaratione sufficiat, cætera per Docto. *hic* & per Moli. *d. cap. 6.* & Pelaez *d. quæst. 10.* videri possunt.

IN LEGEM SECUNDAM

Quæ erat 42. Tauri.

Licentia Regis ad majoratum condendum non expirat morte Regis eam concedentis, quamvis impetrans eâ usus non fuerit.

SUMMARIUM.

1 *Licentia quid sit. & ibi quod licentiâ semel concessa perpetuo durat nisi aliud exprimatur vel colligatur ex eo.*
2 *Mortuo concessore licentiæ & gratiæ an expiret, & 3. & sequentibus.*
3 *Papa concedens gratiam si moriatur an eo mortuo expediri potest, ubi idem in gratia Principis.*
4 *Gratia dicitur perfecta per verbum fiat.*
5 *Gratia testandi episcopo concessa an expiret morte concedentis.*
6 *Gratia papæ licet duret eo mortuo, non tamen prerogativa.*
7 *Per insertionem privilegii confirmati in confirmante præsumitur causæ cognitio.*
8 *Gratia quando dicatur facta in forma communi & quando non.*
9 *Licentia ad faciendum majoratum sine causa revocari non potest per concedentem postquam concessa est.*
10 *Literæ ad lites per mortem concedentis extinguuntur licet ad beneficia non.*
11 *Literæ ad beneficia pro clericis pauperibus, quæ justitiæ appellantur, obtento beneficio extinguuntur, secus in expectativis ut ibi.*
12 *In lingua Principis stat gratia & in scripturâ testimonium & in executione commoditas.*
13 *Gratia, licentia, & beneficium & privilegium idem videntur, differunt tamen in multis beneficium & privilegium ut ibi remissivè.*

1 IBi, *Las licencias*, quid sit licentia † tradit optime Cardin. *in Clementina fin. de electione col. 3. in medio*, dicens quod est gratia concessa alicui, per quam sibi licet quod prius non licebat, & dicitur a liceo, es, & allegat pro hoc tex. *in §. 1. in fin. 14. quæst. 1.* ibi *omnia mihi licent.* ex quo ipse ibidem in proposito nostri tex. inquit, quod ex quo semel est concessa licentia, perpetuo durat, nisi ad certum usum, vel ad certum tempus concessa sit *ut in c. unico extra de commodato, & in c. si cui, de præben. in* 6. & sic secundum eum, mortuo eo qui concessit licentiam, † non expirat licentia: gratia enim, & sic licentia facta & concessa per Papam, non expirat morte papæ eam concedentis, licet sit gratia facienda ex tex. juncta gl. *in d. c. si cui, & in c. si super gratia de offi. delega. in* 6. de quo per *antiquam glo. in reg. cancellariæ.* 10. & per Jo. Milis *repertorio verbo gratia facta Romæ consil.* 349. & *decisio. Rotæ nova.* 12. *de offi. deleg.* & Dida. Perez alios allegans *in l. 2. tit. 2. lib. 2. ordi. colum.* 33. *in gloss. sean firmes*, quod adeo verum est, quod si antequam, gratia expediatur moriatur papa eam concedens, potest tamen expediri † per successorem Pontificem in forma congruit, secundum Boerium *decisio.* 346. & Rebuffum, *in praxi beneficiali, tit. de gratia rationi congruit pag.* 360. *num.* 2. & 3. ubi *num.* 4. hoc idem in gratia per principem singularem concessa licet non expedita asserit, & Molina. *de primog. lib. 2 cap. 7. num.* 63. & idem Rebuffus, *in concord. tit. de mandat. apostol. §. 1. gloss. literas in princ. pag.* 124. gratia enim, ut optimè inquit Socinus *consil.* 84. *volum.* 3. relatus *per gloss. de servitio. l. 51. titul.* 18. *part.* 3. realis debet esse non personalis, & sic si Rex dedit privilegium constituendi majoratum, vel legitimandi spurios in regno, mortuo rege privilegium concedente, non videtur expirare privilegium, secundum Cinum, *in l. privilegia de sacrosanctis ecclesiis*, & Bald. *consil.* 96. *vol.* 3. & alia in proposito reperies adducta per *Rotam antiquam. pen. & fin. de rescrip.* & Abb. *in cap. fin. num.* 9. *de offic. delega. & in cap. à nobis el.* 1. *num. fin. de sen. excommu.* quod tamen ipse Abbas, *in d. n.* 9. intelligit quoties gratia & licentia habet suum esse finitum & liberum, ita quod ex sola concessione recipit suam essentiam, nec dependet ex futuro eventu, secus vero si dependeret ex eventu futuro, quia non injecit adhuc vinculum firmiter, tunc enim per concedentis mortem extinguitur re integrâ existente & sic inquit posse intelligi glo. *d. cap. à nobis* quæ contradictis videbatur, de cujus gloss. doctrina, Addition. Abb *d. num.* 9. allegat Doct. de ea tractantes, & doctrinam illius glos. communem testatur Covar. *in cap. cum in offic. num* 8. *de testamentis*, Abbatis declarationes sequuntur plures relati, per Math. de Afflictis *decisione* 128. *n.* 3. ubi hanc communem testatur, quam & communem testatur Castillo *in præs. col.* 1. *in princ.* & late examinat Gigas *de pensio. quæst.* 91. & Fel. *optime in c. quoniam. n.* 2. *de rescript. fol.* 99. & Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 60. *cum sequen.* gratia tamen dicitur perfecta per verbum fiat, † secundum additionem Matthæi de Afflictis *decis.* 253. ubi ipse. *n.* 4. ibi tenet, & Cigas, *ubi sup. quæst.* 34. *num.* 3. & sic inquit Navar relatus per Covar. *ubi sup.* & melius per Hieronymum Paulum *in praxi can. apostolica, in titul. declarat. super proponente, seu vovente ingredi vers. præstantissime doctor pag.* 101. *in parvis*, quod nullæ gratiæ concessæ per Papam, etiam re integrâ, antequam eis usum sit, spirat per mortem concedentis, eo quod jam est facta gratia, non fienda, & jus ex concessione quæsitum, & hoc sive gratiæ sint puræ, sive in diem, sive sub conditione, & quod hic est stylus curiæ Romanæ, etsi alii non satis practici aliud velint, & sic etsi gratia testandi Episcopo alicui concessa, non expirat moriente concedente † etiam antequam episcopus ea utatur, & ibi optime loquitur ipse Hieronymus Paulus, & tenent idem plures relati per Didac Perez. *in l. 6. titul. 12. lib. 3. ordi. col. 1213. qua. 36.* ubi ampliat *in fine illius col. cum princ. sequentis*, etiam si simplici verbo concessa sint, & nondum bullata, est tamen notandum quod licet duret gratia non tamen prærogativa † secundum glossatorem antiquum *in regul. cancellariæ apost.* Innoc. 8. *reg.* 10. *pag.* 3. *in fin. cum sequen. in parvis*, quia prærogativa secundum eum à gratia separabilis est, ulterius & secundo supradicta intelligebat Matthæus Afflictis, *d. decis.* 128. *numer.* 5, esse vera quoties licentia & gratia concedebatur ex causa necessaria. Tunc enim durat post mortem concedentis, secus vero si ex causa voluntaria, tunc enim re integrâ morte concedentis expirat. Item & alii intelligebant & tertio supradicta, ut si cum causæ cognitione gratia fieret non revocaretur per mortem concedentis, secus vero aliàs ut per Abbat. *ubi sup.* & sic si in confirmatione inferretur privilegium † confirmatum ex certa scientia, præsumitur causæ cognitio quia non censetur facta in forma communi, secus vero si in forma communi confirmaretur, quia tunc nihil efficeretur secundum Suarez *ullegatione* 14. *in principio*, ubi declarat quando dicatur in forma communi, & quando non † & Molina. *de primogeniis Hispaniæ lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. de quibus remisstive tamen tractavit Sebastianus Medicis *in tract. mors omnia solvit.* 2. *p. conclu.* 49. *gratia solvitur*, Pelaez *de majorat* 4. *p. q.* 10. *per totam*, ubi de executoribus litterarum tractat ex quibus deducitur ratio dub. ad nostram l. scilicet quod cum licentia ad majoratum faciendum effectum habere videatur à futuro eventu, & sic ex constitutione majoratus, & ex causa voluntaria, & absque causæ cognitione concessa videatur, videbatur ideo dicendum morte concedentis expiraræ re integra existente, veruntamen quia gratia ex parte concedentis facta est & quasi communiter fit, & datur cum causæ cognitione informando se concedens, quod patrimonium, quotque filios eam impetrans habeat, & cujus qualitatis & conditionis sit, juste disposuit lex nostra talem licentiam ad faciendum majoratum morte concedentis non expirare, & hæc fuit decidendi ratio nostri text. ultra omnes per me considerata, imo & sine causa postquam concessa est talis licentia revocari non poterit per concedentem † ex dictis per Abba. *d. cap fin. num.* 9. *de offic. deleg.* & Rebuf. relatum per concivem nostrum Gutierrez *in consil* 9. *num.* 6. & voluit Afflictis *ubi supra num.* 11. intelligere quoties licentia & privilegium fuit cum causa concessum, secus si sine causa, quia tunc & sine causa poterit revocari per successorem, prout *in decisione* 101. Matthæi de Afflictis fuit revocatum quoddam privilegium de quo nos *alibi* latius diximus, & sic intelliges dicta per Ant. Gom. hîc relatum per Matienzo, *hic glossa.* 3. & ultra dicta notandum est, quod literæ ad lites per mortem concedentis † extinguuntur, licet ad beneficia non, & ratio est, quia ea quæ difficilius conceduntur, difficilius veniunt dissolvenda & ad obtinendum litteras ad beneficia major est difficultas, quam ad lites, pro quo facit tex. *in cap. si pauper clericus de præbend. in* 6. ubi litteræ ad beneficia in forma communi obtentæ pro clericis pauperibus quæ justitiæ appellantur, tolluntur, & extinguuntur † quocunque beneficio habito, quia faciliter conceduntur, non vero in expectativis quæ difficulter concedi solent pro aliis clericis: debet tamen dicta licentia de qua in nostro text. esse perfecta litteris expeditis ante mortem concedentis, secundum Molin. *de primogen. libr.* 2. *capit.* 7. *numero sexagesimosecundo*, nam licet licentia non requiritur quod in scriptis detur, secundum Bald. *in l. fin. C. de erogatione mil. ann. lib.* 12. ad ejus essentiam, & validitatem ut per Pelaez *de majora.* 1. *par. quæst.* 62. *numero* 1. Molina *de primoge. lib.* 2. *cap* 8. *num.* 3. & 8. tamen ad probationem iterarum expeditio requiritur † sic & gratia Papæ quod solo verbo perficitur neque scriptura requiritur tradit Felinus *in reper. verbo gratia* & Rebuf. *pagin.* 125. & Gomez & alii relati per concivem nostrum Gutierrez *d. consil. 9. numero 6.* nam in lingua principis † stat gratia, & in scriptura testimonium, in executione commoditas, secundum Rebuf. *ibi*, & sic per testes posset probari talis licentia, ut *in l. precedenti* diximus ubi Ant. Gom. *numero 2. & 3. notat* & notandum est quod gratia, licentia, beneficium, & privilegium † idem videntur secundum Castillo *in l. 42. Tauri num. 1.* ego tamen dico differre in multis beneficium & privilegium, ut ex Doct. *in l. beneficium. ff. de consti. princi. & alibi.*

Ibi, *No aya usado.* Hic inducitur in licentia ad constituendum majoratum alia dispositio, & determinatio, scilicet beneficium principis si conceditur per modum actionis durat per tantum tempus quantum ipsa actio, & si conceditur per modum facultatis durat per decennium, si tali beneficio non utatur per dictum tempus, ille cui conceditur, secundum Oroscium *l. fin. C. de const. principium. n.* 24. & 25 nisi forte secundum eum *ibi* non quia noluit, sed quia non potuit, usus non est eo, quia tunc neque per mille annos perdetur, tamen licentia hæc ad majoratum constituendum sive illa potuerit uti ille cui conceditur, sive non, semper durat usque ad mortem illius cui concessa fuit, ea non utentis, sine distinctione temporis, & sic post hæc vidimus Molin. *d. c. 7. numero fin.* sic tenentem, fateor Christianè me ante hoc scriptum non vidisse, licet post mortem illius concessa, & ea non usus fuit, expirabit secundum Castillo *hic numero* 2. quia personalis licentia est, non vero realis, & sic licentia ad extrahendum bona aliqua à majoratu, vel ad alienandum, ea persona cui concessa fuit mortua, absque eo quod ea utatur successor talis majoratus non poterit ea uti, ut per Pelaez. *de majora. 2. p. q. 11. per totam*, & Dida. Perez. *l. 2. tit. 2. lib. 2. ordi. col.* 337. nisi secundum eundem Pelaez *ubi supra. d. n. 4. in fin. cum sequentibus*, talis licentia, & concessio tesperiat dignitatem, locum aut majoratum, puta si concedatur possessori talis majoratus vel dignitatis, aut loci, vel tali collegio, nam tunc ad successores transit, quia realis est, non vero personalis, secus vero si in personam tertii vel Seii concedatur, nam tunc personalis est, ut optime per Petrum *in c. privilegium n. 4. & 5. de reg. jur. lib. 6.* & Seba, Medicis *in tract. mors omnia solvit. 1. par. n.* 109. *cum sequentibus*, & an per nativitatem filiorum revocetur licentia ad constituendum majoratum, vide Pelaez *ubi supra 1. p. q. 21. n. 1. & sequentibus.*

Ibi, *Y no expiren.* Et sic & officia concessa per regem non expirant per ejus mortem ut dixi *in l. 1. tit. 3. lib. 2. supra*, & per Pelaez *de major. 4. p. q. 10. numero 7.*

IN LEGEM TERTIAM,

Quæ erat 43. Tauri.

Licentia ad majoratum constituendum debet præcedere ipsius majoratus constitutionem, alias virtute ejus non confirmatur majoratus antea factus, nisi id in licentia expresse dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Licentia appellatione venit expressa, non tacita, nisi ut ibi.*

2 *Licentia*